



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

V. Die Markgrafen Otto und Conrad belehnen den Schulzen zu Frankfurt
und einen Andern mit dem Dorfe Malisch, am 19. November 1287.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55756)

IV. Markgraf Otto verbietet, daß zu Frankfurt Tuchmacher selbstgemachte Tuche zum Verkauf ausschneiden, (den 17. Juni 1267?)

Otto, dei gracia Brandenburgensis marchio, viris prouidis et discretis Sculteto Consulibusque ciuitatis vrankenuorde salutem et graciae sue plenum affectum. Nostri auribus quorundam relatione veridicorum esse dinoscitur intimatum, quod quidam vestrorum conciuum pannum, quem manibus et sumptibus propriis faciunt et contextunt, incidere et ad vnam vendere secundum aliorum nostrorum ciuium consuetudinem machinantur, Quare vestre fidelitatis constancie precipimus seriosius iniungentes, quatenus talibus nostri ex parte districcius iniungatis, vt a talibus cessent de cetero penitus dimittendo, Nostro eciam nomine vulgariter edicentes, quod hii seu tales, qui pannos faciunt, incidere nunquam debent, et e conuerso, qui pannos incidunt factores non debent esse vllatenus eorundem. Huius eciam mandati nostri contradictores nostre presencie conspectibus transmittatis, Cum quibus id personaliter contractabimus oraculo viue vocis. Datum Spandow, feria Secunda post dominicam Sancte Trinitatis.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 2, 25.

V. Die Markgrafen Otto und Conrad befehlen den Schulzen zu Frankfurt und einen Andern mit dem Dorfe Malizsch, am 19. November 1287.

In nomine diuino, amen. Otto et Conradus, dei gratia Marchiones Brandenburgenses — omnibus hanc litteram cernentibus salutem in perpetuum etc. — Honorabilibus viris Scultheto In Frankenvorde, Nec non Lefvardo, villam nostram dictam Maliz Cum suis Metis ac distinctionibus, quas ab antiquo habuit, et cum vniuersis suis Attinenciis, cum filvis, aquis, fluminibus, cum pratis, pascuis, utpote eam possedimus, In vero ac iusto feudo Contulimus, liberam a precaria, illa videlicet precaria, Quam mercatores de bonis suis siue de Choris suis dare actenus consueuerunt, liberam quoque a seruiicio, quod burgdenest In Teutonico nominamus. Veruntamen incole ejusdem ville facient de communis terre precaria quidquid alii facient terre nostre rustici nec id immutabitur vllo modo. Adicientes nichilominus quod eandem villam pluribus personis conferre debemus, quam premissis duobus, si per ipsos fuerimus requisiti, possidebunt itaque dictam villam a nobis perpetuis temporibus pacifice ac quiete iusto tylulo feudali. Ad huius rei euidentiam plenorem presentes fieri iussimus ac sigillorum nostrorum munimine roborari — —. Testes huius rei sunt Dominus Jo. de Oldenvlet, Otto, pincerna de Ellinge, Godeco de Grifenberg, Anselmus de Blankenburg et alii — —. Actum et Datum Vitemanstorp, Anno domini M° CC° LXXX° VII°, XIII° kalendis Decembris.

Nach dem Orig. des Stadtarchives VIII, 2, 28.